

Alojz Gradnik:

NOČI — NOCTES

Noctibus his cunctis, his moestis noctibus usque,
Quando cum nullo polleo quid loquier
Et mecum modo sunt lunae radii taciturnae,
Exspecto fessis te cupiens oculis.

Sed cum lux oritur nec tu mihi ades, tamen optem
Ut sit lugubris haec perpetuo mihi nox,
Namque meum solari tantum nocte nigranti
Vanis commentis cor valeo miserum.

Leopold Stanek:

BOLNIK — AEGROTUS

Iam fugite, o nubes, modo per caelum, procul, atrae,
Pone fenestram vos hinc oculus sequitur!
Vos cito cum ventis volitatis calle soluto,
Ast haerent lecto morbida membra mea.
Iam tristes properate rates nec non fugite, ut mox
Exsistat post vos caerulei spatium!
Caerulei clari spatium breve lumina spectant —
Crescit vis aegri corporis atque animi.

Ljubljana.

Vertit: *S. Kopriva*